

**05**

**A**

**2060**









D. D.

Disputatio Physica

De

MAGIA,

quam

SUB PRÆSIDIO

*Clarissimi & Excellentissimi VIRI.*

Dn. M. JOHAN Sperlings /

Phys. Profefs. Publ. Fautoris Promotoris ac Præ-  
ceptoris, sui ætatem honorandi

*Publicæ & placidæ ventilationi  
committit*

JUSTUS FIDUS KLOBIUS W.

Alumn. Elect.

*In Auditorio majori horis matutinis  
ad d. 11. Mart.*

---

WITTEBERGÆ,

Ex officinâ Typograph. Ambrosij Rothl Acad. Typogr,

ANNO M DC XXXVII.



M A G I A



05 A 2060





# DEO DUCE

## Prooemium.



Illo die intactam manet, vel a-  
ruggine afficitur, vel tineis corroditur,  
vel terebinibus exeditur vel simili modo  
corrumpitur. Ergo nostri etiam ingenij  
periclitabimur vires, ne torpere consu-  
mantur. Cum autem uno intuitu plures velle considera-  
re res, ineptum sit admodum: Hac vice non de singulari  
antipatibiâ inter venenum & cornu monocerotis: Non  
de partu lapidis Philosophorum: Non de cantilenâ Cygrea  
soliciti erimus: Sed Magiam, qua plus in recessu habet,  
quam in fronte promittit sub incudem revocare nobis est  
animus. Non ignorantes illud, quod Subtilissimus Philoso-  
phorum profert Jul. Cas. Scaliger Exerc. 308. Quem ad-  
modum ex lapidum collisione ignis, ita ex disceptatione  
elicitur veritas.

### T H E S E S.

I. Oportet prius vocis ipsius usum cognoscere, à quo sæpe-  
numero ad rei perceptionem provehimur, inquit idem Scali-  
ger Exerc. 1. sect. 1.

II. Ergo primam definitionem Nominalem representa-  
mus, quæ nobis nominis exhibet originem & significatio-  
nem.

II. Quo ad originem vocabulum hoc à quibusdam Græ-  
cum esse perhibetur. Ast natione Persicum est, nunc verò la-  
tinitate donatum.



IV. Magorum autem appellatio quondam amplissima & honestissima fuit. Solis enim tribuebatur sacerdotibus, inquit Peucerus pag. m. 174.

V. Hodierno verò tempore maximam partem magorum non nisi notantur, qui artibus Diabolicis præditi sunt.

VI. Et sic Magi insigniter degenerarunt, magnaq; nomini iniusta est infamia.

VII. Non secus ac Tyranni & Sophistæ.

VIII. Quo ad rem in genere definitur, rerum obscurarum & abditarum exactior cognitio, operumq; admirandorum productio.

IX. Dividitur in Theoreticam & practicam.

X. Theoretica in nudâ rerum cognitione acquiescit.

XI. Practica cognitionem ad opera trahit.

XII. Utraq; in Naturalem & Dæmoniacam subdividitur.

XIII. Naturalis scientiâ & arte constat.

XIV. Dæmoniaca hujus æmula, ut Satanas DE I Simia, est.

XV. Et in Divinatoriam, Præstigiatoriam & Effectoriam dispescitur.

XVI. Divinatoria est rerum abditarum ope Dæmonis parata cognitio.

XVII. Generis hujus sunt, *θεομαντεία, ιερομαντεία, πυρομαντεία, καπνομαντεία, ιχθυομαντεία, ορνιθομαντεία, υδρομαντεία, κληρομαντεία, κατοπλομαντεία, ονειρομαντεία, λεκανομαντεία, νεκρομαντεία, δακτυλιομαντεία, κισκινομαντεία, &c.*

XVIII. Præstigiatoria est, admirandorum operum apparentium Diaboli auxilio productio.

XIX. Fit imprimis modis tribus: 1. Objecti veri remotio-  
ne. 2. Falsi & phantastici oblatione. 3. Sensuum perversione.

XX. Effectoria est, admirandorum operum realium auxilio Diaboli productio.

XXI. Dividitur in Utilem & Noxiam.

22, Utilis



XXII. Utilis, cum commodum inde homini contingere videtur.

XXIII. Quæ tamen utilis nomine, inutilis re est. Bonum enim temporale adfert, æternale aufert.

XXIV. Noxia, cum damna hominibus inferuntur. Ubi fruges perduntur, pecora læduntur, aliaq; præstantur, ab ano repuerascente, semisomni ac semidelirâ.

## QUÆSTIONES

### I.

*Quid sentiendum de unguento armario, pertineatne ad magiam naturalem an ad demoniacam? Resp.*

Unguentum armarium illud est, cum quis fortè telo vulneratur & non medicamentis utitur, sed curat tantum, ut illud ipsum telum (quodcumque etiam, sive ligneum, ferreum & hujusmodi sit) quo fuit inflictum vulnus diligentius ac Chirurgis visitetur & purgetur. Et licet quorundam millarium spatio distent vulneratus & vulnerans seu istud telum: tamen unguentum armarium suas singulares edere censetur operationes. Sunt hinc nonnulli, qui unguentum hoc pertinere affirmant ad magiam naturalem his rationibus permoti. 1. Quia in quibusdam regionibus v. g. Sveviâ hæc cura frequentissima est, cum tamen ipsi Sveviæ inhabitatores homines sint religiosissimi & re & famâ. Deinde, quia nulla neque verba neque characteres in ejusmodi curationibus adhibentur quod commune aliàs est apud magicos homines. Et 3. denique quod naturæ aliqua subesse videatur consensus &c. Uti sonant ipsa verba Clarissimi cujusdam viri, qui his rationibus Libavium Physicum celeberrimum adiit. p. m. 35 Verum prima ratio firma non est.

A 3

Datur



Datur enim infantia de Britannis. Quid ipse ego (inquit  
 Plinius cum his ipsis Britannis tale largitur testimonium l. 30.  
 cap. 5. sub fine) hanc memorem artem Oceanum quoque trans-  
 gressam, & ad naturæ inane provectam in Britanniam, quæ ho-  
 diè eam attonitè tantis celebrat ceremoniis. ut dedisse per Per-  
 sis videri possit. Hucusque Plinius. Et dein ipsi genti Indiæ summus  
 honor est rem habere cum Diabolo, ut testatur Johan. Bodin  
 p. m. 358. Et exceptioni de Sveviæ inhabitatoribus & homi-  
 nibus Ethnicis non esse idem iudicium, Resp. Der Teuffel  
 betränget auch wohl einen Ayr. Facitarunt enim id quoque  
 & alii, utpotè Johan. Franciscus Picus Mirandulanus, qui a-  
 lios satis multos adducit (Fischer p. m. 36.) Secundam ra-  
 tionem quod attinet, quod scilicet nulla adhibeantur verba nec  
 characteres? Respondemus; Diabolus mille artifex est,  
 nec unquam quisquam omnia illius signa technasque pro-  
 feret. Tertiam denique rationem quod spectat, dicimus  
 hominibus quidem videri aliquam naturæ adesse consen-  
 sionem, at reverà non est. Qualis enim inter putridum  
 sanguinem & corpus nostrum consensus? Lusus Satanae  
 est, qualis & ille cum veneficæ aliquid de agroto jubent ad-  
 ferri aut indubium aut strophium aut simile quid. Nihil  
 certi se aliàs affirmare posse de agroti valetudine asseren-  
 tes.

## Q. II.

*An Dæmones cum veneficis congregari  
 generare possint? Resp.*

Congressum fatentur veneficæ & generationem proba-  
 re videntur incubi & succubi germ. die Wechselbälge. Unde  
 hic locum habet faceta illa historia, quam memorat Dn.  
 D. Fischer p. m. 359. Wie wir dann dessen ein mercklich  
 Exempel haben/so bey Menschen gedencen in Sach-  
 sen



5 +  
sen bey Halberstadt fürgegangen. Da hätte ein Mann  
auch ein Wechselkind / oder wie sie es zu nennen pfles-  
gen einem Kilkropff / weil es stets im Kropff füllet /  
der seine Mutter vnd sonst fürff Mumen außgesos-  
gen / vnd vber das so viel als irgends Bawren oder  
Trescher essen möchten / gefressen hatt. Als nun  
der gute Landsmann solches in die länge zwerschwin-  
gen verzagete / gaben ihme die Leute den rath / er  
solte den Wechselbalg zur Wallfarth gen Hockelstadt  
zur Jungfrawen Maria geloben / vnd daselbst wie-  
gen lassen. Diesen folget der Mann / vnd trägt den  
schönen Plunder dahin in einem Korb. Wie er es  
aber vber ein Wasser trägt vnd auff den Stege oder  
der Brücken gehet / so ist ein Teuffel vntem im Was-  
ser / der rufft ihn zu vnd spricht Kilkropff / Kilkrop / da  
antwortet das schöne muster / so im Korbe saß vnd zu-  
vor nie kein wort geredet hatte / Ho / Ho / Ha. Das  
war der Bawer vngewohnet vnd sehr erschrocken.  
In des ruffet der Teuffel im Wasser abermahl / vnd  
fraget : Kilkropff wohin? Der Kilkropff ant-  
wortet auff gut Sächlich : Ich will gen Hockel-  
stad zur leuen Frawen vnd mich allda laten  
wügen / das ich möge etwa digen. Wie solches der  
Bawer höret / ergrimmet er vber den Handel / vnd  
besinnet sich fürk / vnd wirfft alßbald das Kind mit  
dem Korb ins Wasser. Da fuhren die zweene  
Teuffel zusammen / schrien / Ho / Ho / Ha / vnd bür-  
gelten vnd vberworffen sich / vnd verschwunden dem-  
nach also : Hæc ille. Sed qualis congressus & qualis sit  
generatio iudicet quilibet.

Genera-



Generatio vera esse nequit, quia destituti sunt daemones materia, femine sc. Aliquid ergo producunt, ut tantum producere posse dicantur, ad deceptionem hominum.

### Q. III.

*An anime Sagarum, quando comitiis, commensationibus & saltationibus interesse censentur, corporibus egrediantur? Resp.*

Quod solius Dei est proprium, illud nec Diabolo nec Mago convenit ulli. At animam abripere iterumque cum corpore mortuo unire adeoque hominem ad vivos revocare solius Dei est proprium. E. Hic itaque dicimus Animas Sagarum nullo modo egredi, sed quando Sagae comitiis & hujusmodi similibus interesse dicuntur, aut revera intersunt, aut interesse videntur. Interesse monstrat experientia, non interesse, sed solum per somnium interesse videri, dicitur eadem. De experientia utraque videatur Dn. D. Fischer. Et quidem de priori p. m. 287. 288. & 289. De posteriori p. m. 318. 319. 320. &c.

### Q. IV.

*Quid censendum de homunculis omniscis? Resp.*

Homunculis omniscis usque homines (milites praesertim) gerunt eos in capsula quadam, cumque deveniunt ad occultum quendam locum ubi forte in profundo aliquis latitat thesaurus, quaerunt eos, dicitur dicitur: si respondent NON, progrediuntur: Si respondent ITA: Movenet capsulam atque ulterius



rius instant ac quærunt in quodnam latus premantur. respondēt homunculi tales in latus dextrum vel sinistrum. vel in illud ad quod latus ille vergit thesaurus. Sed talium homunculorum patroni, non tam argumentis quam tormentis castigandi & corcercendi sunt.

Q. V.

*Quid notandum de aloite?*

*Resp.*

Hæc de re ita loquitur Kollenhagen in seinen war-  
hafftigen Lügen. Von den Allraunen ist auch eine  
alte Abgöttische Heydnische Fabel / Das etliche  
Leute fürgeben / wenn ein Mensch der unschuldig ist /  
aber in der Tortur vnd Pein sich für einem Dieb bes-  
kennet / wie denn leider. oft geschicht vnd also an den  
Galgen sterben muß / vnd in der Todesangst sein  
Wasser lassen muß / so wachse aus den Wasser ein  
Kraut mit breiten Blättern als Wegerich / habe in  
der mitten eine gelbe Blume / wenn es vollkommen ist /  
vnd eine Wurzel wie ein Menschen gestalt die müße  
man also erlangen: Das man auff einen Feyertag  
die Ohren mit Baumwolle außfülle / vnd mit Wachs  
oder Pech fest verkleibe / vnd dann frühe für der Son-  
nen Aufgang zu den Kraut gehe mit einem Bock  
drey Creuze darüber schreibe / vnd es denn umbgrä-  
be bis auff die eusserste Fassen / vnd einen Strick an  
das Kraut vnd an den Hund binde / darnach eylend  
davon lauffe / vnd den Hund ein stück Brodt zeige /  
so folget der Hund / reisset die Wurzel aus der Erden /  
vnd fellet für todt dahin. / denn die Wurzel schreyet  
B in



in dem abriß so scharff vnd erschrecklich / daß / wer es  
höret / von stunden an todt bleibet. Diese Wurzel  
nimmet er darnach / windet sie in ein weiß vnd roth  
senden Tuch / vnd rühret die Kleidung alle neue  
Wonden / setzet sie in einem Kasten / vnd spricht sein  
Gebet dabey / so ist jederman sein Freund / er wird  
nimmermehr arm / vnd ist er vnserchtbar / so bekömm-  
met er Kinder. Das ist auch eine warhafftige  
ungereumbte Lügen / etc.

Hæc ille , & nos cum  
ipso.

Tantum.



Ad



) +

HAud opus, haud labor est, vires adfringere rebus:  
Sed fidias monstrare, hoc opus, hic labor est.  
Quid Paracelsicolæ præstent, quid plebs malefana,  
Præclarè paucis JUSTE refert thesibus.  
Perge sequi Clari Patris vestigia, quantum est  
Denati in nato cernere dona Patris!

*Adprop.*

M. Johan. Sperling /  
Phyf. Prof. P.

---

*Ad Præstantissimum,*  
Dn. Respondentem.

CUM soleant rerum, quæ sunt, virtute profundâ  
Plurima Thesalicis artibus acta tegi;  
Quæ sint Naturæ vires, quæ Dæmonis artes  
Pro cathedrâ meritò differuisse studes.  
Sic cœptum enixe, sic cursum graviter urge:  
Præmia Te tali digna labore manent.

M. David Faber,  
Wratislaviensis.

FINIS.



*[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]*





DS A 2060

ULB Halle

3

003 784 827




Del.











D. D.  
Disputatio Physica  
De  
**MAGIA,**

*quam*  
SUB PRÆSIDIO  
*Clarissimi & Excellentissimi VIRI.*  
Dn. M. JOHAN Sperlings/  
Phys. Profefs. Publ. Fautoris Promotoris ac Præ-  
ceptoris, sui ætatem honorandi

*Publicæ & placidæ ventilationi  
committit*

JUSTUS FIDUS KLOBIUS W.  
Alumn. Elect.

*In Auditorio majori horis matutinis  
ad d. 11. Mart.*

---

WITTEBERGÆ,  
Ex officinâ Typograph. Ambrosij Rothl Acad. Typogr,  
ANNO M DC XXXVII.